



**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia
colit ac veneratur.||**

Merlin, Jacques

Coloniae, 1530

VD16 M 4842

Concilium Laodicenum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

XXV. ¶ Episcopū habere oportet res ecclesiasticas potestate ad dispensandū oībus indigentibus cū omni timore & reuerentia dei, ipsum q̄q; ex eis percipere atq; vti debere qbus indiget, si tñ indiget, vel ad suas necessarias expensas vel fratru, qui apud eū hospitalitatis gratia morantur, vt nulla ex parte per inopiam defraudetur secundū apostolū dicentē, habentes victū cotidianum & tegumentū corporis, his contenti simus. Quod si his minime contentus atq; sufficiens transferat in necessitates ecclesiasticas res vel commoda quælibet ecclesiæ, aut agroꝝ ecclesiasticos fructus sine cōscientia presbyteroꝝ apud se redigat, & domesticis suis vel etiā affinibus aut fratribus, aut filijs eorū res tribuat potestatem, vt per eos secretam diligentia ecclesiastici lædi videantur, reatū hunc qui hmōi est apud Metropolitanū prouincię prestare debet. Quod si raliter reprehēdat episcopus, vel hi qui cū ipso sunt presbyteri quod dicantur hæc quæ ad ecclesiā pertinent, siue de agris, siue de alijs quibuscūq; ecclesiasticis caussis, eos sibi met vsurpare, pauperes vero necessitate & penuria opprimi, atq; ex hoc ipso nō solū ecclesiasticæ rationi, verū etiam dispensatoribus eius maledicta reprehensio augeatur. Hūc em̄ correctionē oportet mereri, id quoq; condecet sancta synodo cognoscente. ¶ Eusebius oībus quæ cōstituta sunt præfens scripsit. Theodorus, Niceta, Macedonius, Anatolius, Marcodunantus, Atherius, Narcissus, Eustachius, Esichius, Manicius, Paulus, & cæteri, quorum nomina in græco iam superius continentur, consenserunt & subscriperunt.

¶ Explicit Concilium Antiochænum.

Incipiunt capitula concilij Laodiceni

¶ De Bigamis	Capitulū primū	¶ De exorcistis.	16
¶ De his qui diuersorum peccatorum lapsus incurrunt.	2	¶ Non debere clericos siue laicos ad Agapem vocatos partes tollere	17
¶ De neophitis nō promouendis ad sacerdotium	3	¶ Nō licere in ecclesijs accubitus sternere vel agapem facere.	18
¶ Nō licebit corā catechumis clericos fieri.	4	¶ Non debere Christianos sabbatizare.	19
¶ Non licere clericis vsuram vel sexcupla accipere,	5	¶ Nulli Christiano licere cum mulieribus luacra excercere.	30
¶ Non debere hæreticos in hæresi permanentes in ecclesiam ingredi.	6	¶ De cauendis hæreticorum connubijs.	31
¶ De Nouatianis & Quartodecimanis.	7	¶ Nō licere ab hereticis eulogias accipere.	32
¶ De Cataphrygis ad ecclesiā venientibus.	8	¶ Nō debere cū here, aut schismaticis orare.	33
¶ Non debere catholicos in ea quæ martyria sua hæretici dicunt, intrare.	9	¶ Non eundem ad falsos martyres.	34
¶ Non debere catholicam hæreticorum matrimonio sociari.	10	¶ Nō licere Christianos derelicta ecclesia ad angulorum congregationes colligi.	35
¶ De catechuminis ecclesiæ	11.	¶ Non licere clericos, imagos, vel incantatores esse, aut phylacteria facere.	36
¶ De ordinādis episcopis cū concilio Metropolitanū & finitimorum episcoporum.	12	¶ Non licere ab hereticis vel Iudæis feriatica quæ mittuntur accipere.	37
¶ Nō licere p̄p̄o m̄stros altaris eligere.	13	¶ Non licere à Iudæis azymas accipere	38
¶ Sanctas oblatiōes pro eulogijs in festiuitate paschali ad alias parrochias non debere transmitti	14	¶ Non licere cum paganis festa celebrare.	39
¶ De Psalmistis.	15	¶ Episcopos ad synodum vocatos non debere contemnere.	40
¶ Vt sanctū euangeliū sabbatis legatur.	16	¶ Non debere clericum vel laicum sine episcopis peregrinari.	41
¶ Psalmos sparsum non licere confundi.	17	¶ Nullū clericū debere sine epi sui iussione peregrinari & signū suscipere	42
¶ De orationibus cotidianis	18	¶ Ministros nō debere ab hostijs recedere.	43
¶ De ordine orationum catechuminoꝝ atq; fidelium & communionē	19	¶ Nō oportet p̄ duas septimanas quadragesimæ aliquē ad baptismū suscipere	44
¶ De disciplina atq; molestia clericorum	20	¶ Nō debere mulierē ingredi ad altare	45
¶ De ministerio subdiaconorum	21	¶ Baptizandos debere symbolum fidei & discere & reddere	46
¶ De ministris, vt oratio non vtantur	22	¶ De his qui in egritudine baptizantur	47
¶ Quoniā non oportet lectores vel psalmistas orario vti & sic legere	23	¶ Quia post baptismum chrisma dūm est.	48
¶ De lectoribus & psalmistis, vt tabernas nō intrent.	24	¶ In quadragesima sabbato tantum & dominica offerendum est.	49
¶ Non licere ministris panem dare, aut calicē benedicere	25	¶ Non licere quintam feriam septimanæ maioris ieiunij solui.	50

M

¶ Non

Concilium Laodicenum

- ¶ Nō debere in q̄dragesima nisi sabbato 51. & dominica natalicia martyrum celebrare
- ¶ Nō licere nuptias fieri in q̄dragesima 52.
- ¶ Nō licere christianos ad nuptias euntes cantare aut balare.
- ¶ Nō licere ministros altaris vel ceteros quoslibet spectaculis que in nuptiis, aut in scenis exhibentur interesse.
- ¶ Non debere clericum vel laicum christianū ex symbolis conuiuia celebrare.
- ¶ Nō oportet p̄b̄os ante ingressum epi 56.

- ingredi, aut sedere in tribunalibus.
- ¶ Non debere in vicis & villis episcopos ordinare, neque p̄b̄os sine p̄cepto v̄f̄ cōsilio episcopi aliquid agere.
- ¶ Nō oportet in domibus ab episcopis vel presbyteris oblationem fieri.
- ¶ Non licere psalmos ab idiotis compositos in ecclesia dici, nec libros qui non sunt canonici legere.
- ¶ Expliciunt capitula.

Incipit concilium Laodicenum.

Annotat
508. i. Sy
ria Locle
B



Antea synodus quæ apud Laodicæam Phrygiæ pacatiuē conuenit ex diuersis puincijs Asiæ regalias exposuit ecclesiasticas sicut infra scriptum est.

- I. ¶ De eo quod oportet secundū ecclesiasticū canonē eos qui libere & legitime secundis nuptiis iuncti sunt nec occultam permutationem operati sunt pauco tempore exempto vacare orationibus & ieiunijs & secundum veniā reddi eis communionem.
- II. ¶ His qui diuersorum peccatorum lapsus incurrunt & oratione, confessione ac pœnitentia malorum suorum perfectam conuersationem demonstrant, pro qualitate peccati pœnitentiæ tempus attribuendum est propter misericordiā & bonitatem dei. Qui ergo huiusmodi sunt, reuocandi & ad communionem sunt applicandi.
- III. ¶ Non oportet neophitū promoueri ad ordinem sacerdotalem.
- IV. ¶ Nō licere manus impositionē sup̄ ordinandos p̄sentibus cathecuminis fieri.
- V. ¶ Non licere fenerare ministris altaris vel in sacerdotali ordine cōstitutis vel v̄suras vel lucra quæ sexcupla dicuntur accipere.
- VI. ¶ Nō concedendum hæreticis ingressum domus dei in hæresi permanentibus.
- VII. ¶ Nouatianos vel etiā quartodecimanos quos græci thefere sedecatiros appellāt id est qui quartadecima luna primi mensis cū iudæis pascha celebrāt, sed & cathecuminos eorum fideles nō recipi, priusquā cōdemnēt oēm hæresim in qua detinebant, plenissime autem ante oīa & nūc qui apud eos fideles dicunt symbolum fidei doceant, atq; ita v̄ctos etiam sancto chris̄mate diuino sacramēto communicare conuenit.
- VIII. ¶ Eos qui cōuertuntur ab hæresi quæ dicitur cataphrygæ qui se in clero constitutos existimant, quamuis magni dicantur huiusmodi cum omni diligentia cathecizarī oportet & baptizari ab ecclesiæ catholicæ episcopis & presbyteris.
- IX. ¶ Non concedendum in cæmeteria vel quæ martyria hæreticorum dicuntur catholicos orationis gratia & petendę curationis intrare. Sed & qui ierūt si sunt fideles incommunicabiles factos ad pœnitentiā vsq; ad aliquod tempus redigi, pœnitentes autē eos & errasse confitentes suscipi oportet.
- X. ¶ Mulieres quæ apud græcos presbyterę appellantur apud vos viduę seniores vniuerse matricurię appellātur in ecclesia tanq̄ ordinatas constitui nō debere.
- XI. ¶ Eos qui ad ecclesiam pertinent indifferenter filios proprios hæreticorū nuptiis minime sociare debere.
- XII. ¶ Ep̄m nō oportet p̄ter iudiciū metropolitanorū & finitimorū ep̄orū constitui ad ecclesiæ principatū, nec eligatur nisi hi quos multo ante nota probabilisq; vita cōmendat. Et nihilominus si in sermone fidei & recta opatione p̄ suā cōuersationē fuerint probati.
- XIII. ¶ De eo quod non sit populis concedendum electionem facere eorum qui altaris ministerio sunt applicandi.
- XIV. ¶ Sanctas oblationes ad vicem eulogiarum per festiuitatem paschalem ad alias parochias mitti minime oportet.
- XV. ¶ Nō licere p̄ter canonicos psalmos nisi qui regulariter cantores existūt, qui quæ pulpitu ascēdunt & de codice legunt alium, quemlibet in ecclesia psallere.
- XVI. Sabbatis euangelia cum alijs scripturis legenda eē censemus.
- XVII. ¶ In p̄cessibus nō cōnectere, i. ex diuersis versibus & sensibus libri in vnū cāticū minime cōiungere. Sed singulorū psalmoz ordinabiliter debere fieri lectionem.

¶ Capitulum

- XVIII. ¶ De eo quod semper supplicationes orationum & ad horam nonam & vesperam A
oportet celebrari.
- XIX. ¶ Quoniam catechuminum orationem separatim & prius prostratis eis episcopū B
oportet celebrare. Quibus egressis orent etiam hi qui in pœnitentia sunt constituti. Et post
manus impositionem his quoq; abcedentibus, tunc fideles orare debebunt. Quorū tres ora-
tiones fiant, vna quidem, id est prima, per silentium, secunda vero & tertia per vocis pronun-
tiationem, & tunc demū osculum pacis dare debere. Et postea q̄ presbyteri episcopo pacem
dederint, tunc etiā laicos dare & tunc oblatio offeratur, solis autem ministris altaris liceat in-
gredi ad altare & ibidem communicare.
- XX. ¶ Quoniam non oportet diaconū sedere ante presbyterum, sed ex iussione presbyte C
ri sedeat, similiter autē honorificetur & diaconus à ministris inferioribus & omnibus clericis.
- XXI. ¶ Quoniam non oportet subdiaconos licentiam habere in secretarium siue sacrarium D
(quod Græci diaconicon appellant) ingredi, & contingere vasa dominica.
- XXII. ¶ Ministrum non oportet orarijs vti, nec hostia derelinquere. E
- XXIII. ¶ Quoniam nō oportet lectores aut psalmistas orarijs vti & sic legere aut psallere. F
- XXIII. ¶ Quoniam non oportet clericos seruiētes à presbyteris vsq; ad diaconos & de- G
inceps ordinis ecclesiastici omnes vsq; ad ministros, aut lectores, aut psalmistas, aut exorci-
stas, aut hostiarios, aut etiam eos qui in proposito continentie sunt, tabernas intrare.
- XXV. ¶ Non oportet diaconem panem dare nec calicem benedicere. H
- XXVI. ¶ Non oportet ergo exorcizare eos qui necdum ab episcopis sunt prouecti, neque I
in ecclesijs neq; intra domos.
- XXVII. ¶ Non oportet ministros altaris vel quoslibet ecclesiasticos ad agapem vocatos, K
partes tollere, propter iniuriam quæ ex hac occasione ecclesiastico ordini possit deputari.
- XXVIII. ¶ Non oportet in basilicis seu ecclesijs agapem facere & intus manducare vel ac L
cubitus sternere.
- XXIX. ¶ Non oportet christianos Iudaizare & in sabbato vacare, sed operari eos in eadē M
die, dominicā præponendo eidem diei. Si hoc eis placet, vacent tanquam christiani. Quod si
inuenti fuerint Iudaizare, anathema sint.
- XXX. ¶ Quoniam non oportet ministros altaris, vel etiam clericos quoslibet, aut continē N
tes se, aut omnem omnino christianum cum mulieribus laucra habere communia. Est enim
apud gentiles prima reprehensio.
- XXXI. ¶ Quoniam non oportet cum hæreticis commiscere connubia, & vel filios & filias O
dare, sed potius accipere, si tamen profiteantur christianos se futuros esse & catholicos.
- XXXII. ¶ Non oportet hæreticorum benedictiones accipere, quoniam maledictiones ma P
gis sunt q̄ benedictiones.
- XXXIII. ¶ Non oportet cum hæreticis vel schismaticis orare. Q
- XXXIII. ¶ Non oportet omnino Christianum derelictis martyribus Christi abire ad R
falsos martyres, hi enim alieni à deo sunt. Quicumq; autem abire voluerit, anathema sit.
- XXXV. ¶ Non oportet Christianos derelicta ecclesia dei abire ad angulos idololatrię ab- S
ominandæ congregationes facere, quæ omnia interdicta sunt. Quicumq; autem inuentus fue-
rit occulte huic idololatriæ vacans, anathema sit, quoniam derelinquens dominum nostrum
Iesum Christum filium dei, accessit ad idola.
- XXXVI. ¶ Quoniam non oportet ministros altaris aut clericos magos & incantatores eē T
aut facere quæ dicuntur phylacteria, quæ sunt magna obligamenta animarum, hos autem q̄
ralibus rebus vtuntur proijci ab ecclesia iussimus.
- XXXVII. ¶ Quoniam non oportet à Iudæis vel hæreticis feriatica quæ mittuntur accipe- V
re, nec cum eis dies agere feriatos.
- XXXVIII. ¶ Non oportet à Iudæis azymas accipere, aut communicare impietatibus X
eorum.
- XXXIX. ¶ Non oportet cum paganis festa celebrare & cum impietatibus eorum ha- Y
bere societatem.
- XL. ¶ Non oportet vocatos episcopos ad synodum contemnere, sed abire debere, & aut A
docere aut doceri quæ sunt ad ecclesiæ cæterorumq; correctionem vtilia. Quod si contemp-
serit, seipsum videtur accusasse nisi forte pro infirmitate ire non possit.
- XLI. ¶ Non oportet ministrum altaris vel etiam laicum sine canonicis literis, id est for- B
mata alicubi proficisci.
- XLII. ¶ Non oportet ministrum altaris vel quemlibet clericum præter iussione episco- C
pi ad peregrinandum proficisci,

Concilium Laodicenum.

- D** XLIII. ¶ Nō oportet ministros, id est hostiarios vel breui tempore ab hostijs deesse, & orationi vacare.
- E** XLIII. ¶ Non oportet post duas hebdomadas quadragesimæ quælibet ad baptismum suscipi.
- F** XLV. ¶ Nō oportet mulieres ingredi ad altare.
- G** XLVI. ¶ Baptizandos oportet fidei symbolum discere & quinta feria vltimæ septimanæ vel episcopo vel presbytero reddere.
- H** XLVII. ¶ Qui in egritudine constituti baptismum perceperunt facti sani fidei symbolum doceantur, vt nouerint qua donatione digni sunt habiti.
- I** XLVIII. ¶ Oportet baptizatos post baptismum sacratissimū chrisma percipere, & celestis regni participes fieri.
- k** XLIX. ¶ Non oportet in quadragesima panē offerri nisi sabbato & dominica tantum.
- L** L. ¶ Non oportet in quadragesimæ quinta feria vltimæ hebdomadæ ieiuniū dissolui & totam quadragesimam inhonorari, sed per totos dies ieiunare, & æscis abstinentiæ conuenientibus id est aridioribus vti.
- M** LI. ¶ Non oportet in quadragesima martyrum natalitia celebrari, sed eorum in sabbato & dominica tantum memoriam fieri.
- N** LII. ¶ Non oportet in quadragesima aut nuptias vel quælibet natalicia celebrare.
- O** LIII. ¶ Nō oportet christianos ad nuptias eūtes vel balare vel saltare, sed caste cœnare vel prandere competitis christianis.
- P** LIII. ¶ Non oportet ministros altaris vel quoslibet clericos spectaculis aliquibus, quæ aut in nuptijs aut in scœnis exhibentur interesse, sed anteq̄ thermelici ingrediatur surgere eos de conuiuio & abire debere.
- Q** LV. ¶ Non oportet ministros altaris vel quoslibet clericos vel etiam laicos christianos ex symbolis quæ vulgus commissalia appellat conuiuia celebrare.
- R** LVI. ¶ Non oportet presbyteros an ingressum episcopi ingredi ecclesiam & sedere in tribunalibus sed cum episcopo ingredi, nisi forte aut ægrotet episcopus, aut in peregrinationis commodo eum abesse confiterit.
- S** LVII. ¶ Nō debere in villis & vicis episcopos ordinari, sed visitatores, id est qui circueant constitui, his autem qui ante hoc ordinati sunt nihil agere censemus, nisi conscientia episcopi ciuitatis. Similiter etiā presbyteri nihil sine p̄cepto & concilio episcopi agant.
- TV** LVIII. ¶ Non oportet in domibus oblationes ab episcopis siue presbyteris fieri.
- V** LIX. ¶ Non oportet ab idiotis psalmos compositos & vulgares in ecclesijs dici neq; libros qui sunt extra canonem legere nisi solos canonicos noui & veteris testamenti, q̄ autē oporteat legi & in autoritatem recipi hæc sunt.
- X** Genes, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iesu Naue, Iudicum, Ruth, Regnorum libri quatuor, Paralypomenon libri duo, Esdre, liber psalmorum numero. CL. Proverbia Salomonis, Ecclesiastes, Cantica canticorum, Iob, Hester, xij. Prophetarum libri, id est Osee & Amos, Ioel, Abdias, Ionas, Micheas, Naum, Abacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias, Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, Noui testamenti, id est euangelium secundum Mattheum, secundum Marcum, secundum Lucam, secundum Iohannem, Actus Apostolorum, Canonice epistolæ. 7. Iacobi vna, Petri duæ. 1. & 2. Iohannis tres. 1. 2. & 3. Iude vna. Epistolæ Pauli ap̄li nūero. 14. ad Romanos, ad Corinthios. 1. & 2. ad Galathas, ad Ephesios, ad Philippenses vna, ad Collossenses vna, ad Thessalonicenses duæ. 1. & 2. ad Thimotæū duæ. 1. & 2. ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos.

¶ Explicuit concilium Laodicenum.

Incipiunt capitula Concilij Constantinopolitani.

¶ Caput primum.

- | | |
|--|---|
| <p>¶ Custodiendam esse fidem patrum trecētorum decem & octo.</p> <p>¶ Vt episcopi suam diocesim gubernent nec ad alias accedant.</p> <p>¶ Nō inuitatos episcopos vltra diocesim priam accedere nō debere.</p> <p>¶ De ecclesijs in barbaricis cōpositis.</p> | <p>¶ De honore Constantinopolitani episcopi. 5.</p> <p>¶ De Maximo Cinico philosopho. 6.</p> <p>¶ De fide symboli apud Constantinopolim constituti. 7.</p> <p>¶ Expliciuunt Capitula.</p> |
|--|---|

¶ Incipit